

Incipit prologus Nicolai
de Lyra in librum differentiarum ve-
teris testamenti cum quibusdam alijs
additionibus.



Sapientiam scri-
be in tempore va-
cuitatis. *Ecclesi. 38*
Scriptura sacra
proprie sapientia
noīat. *Deut. 4.*
Hec est sapientia

vestra et intellectus coram populis
Et ideo postquam auxiliante deo scripsi
super totam sacram scripturam: pri-
mo super omnes libros qui canoni-
ci dicuntur: postea super illos qui non
sunt de canone: prout distinguit beatus
Hieronymus in prologo galeato: qui
communiter in biblijs preponit libris
regum: dei gratia quoniam mihi va-
cat adhuc tempus ad scribendum:
de eius auxilio confidens disposui se-
cundum sapientis consilium applica-
re calamus ad signandum loca ve-
teris testamenti in quibus transla-
tionis nostra videtur ab hebraica litte-
ra variare: motus ad hoc triplici ra-
tione. Prima est quia licet scribendo
super vetus testamentum tales va-
riationes in pluribus locis tetige-
rim: tamen in hoc opere propono plu-
res ponere: et aliquas breves expo-
sitiones aliquando inferere ad ma-
iorem intelligentiam veritatis. Se-
cunda est quia licet prius scribendo
super vetus testamentum breuitati
studuerim quantum potui bono mo-
do: tamen totum opus propter sui
magnitudinem faciliter haberi non
potest a pauperibus studiosis: pre-
sens autem opusculum haberi pote-
rit a quolibet studioso. Tertia est quod
dicte variationes expeditius vide-
ri poterunt cum simul segregatim ab
alijs erunt scripte. Sic igitur proce-

dam quod incipiendo a genesi signabo
capitula per ordinem: in quibus est
aliquid dicendum: alia subtrahendo.
Loca vero capitulorum signabo per
litteras: sicut in concordantijs fieri
consuevit. Bonam etiam primo lit-
teram translationis nostre: et litte-
ram hebraicam consequenter. Et cum
similiter faciam in alijs libris secun-
dum gratiam a domino mihi datam. No-
tandum quod in hoc opere ubi ponitur
glossa sine determinatione: intelligen-
dum est de glossa hebraica.

Incipit liber genesis. ca. i.



Ter-
ra autem erat inanis
et vacua. *Deb.* (Et
terra erat vastitas et
vacuitas.) Huius lit-
tere posui duplicem ex-
positionem in genesi: et secundum unam
nomine terre significatur materia
omnium corporalium sub celo em-
pyreo existentium producta sub una
forma communi utpote corporeitatis
in genere substantie carens omni
forma celesti et elementari specifica
et per consequens valde imperfecta
quod magis proprie designatur per
hoc quod dicitur vastitas et vacui-
tas in abstracto: quam inanis et va-
cua in concreto: sicut de homine val-
de paupere non solum dicitur quod
sit pauper et vacuus: sed ipsa paupe-
tas. Secundum expositionem aliam
nomine terre significatur elementum
terre productum sub forma specifi-
ca et accidentibus ipsam inseparabiliter
concomitantibus: erat tamen
adhuc cooperta aquis et sic carens
omni ornatu plantarum et animalium:
et per consequens valde imper-
fecta respectu sui ipsius ornande: quod
defectus magis proprie designatur
per nomina abstracta quam per con-
creta ut predictum est. *Hec Hieronimus.*

3. 1.

2-4-36





Ex dictis patet qd cū dicitur in trāslatione nostra ostium arce pones in latere. ibi est punctus. Deorsus cenacula et tristega facies in ea .i. tres mansōes p̄dictas. Itaq; p̄li deorsus significatur infima: p̄ cenacula: media eo qd erat in duas diuisa. per tristega: supior in tres partes diuisa: et per consequēs habēs tria tecta: quia tectum diuiditur sicut et mansio illa. Nec Hico. 7.

Addi.

Intus dñs ad eū. b. C. Sicut p̄cepit dñs noe.) Heb. (Sicut p̄cepit deus noe) et sic est in bi. no. anti. C. Itē. b. (Septimo die mensis rupti sunt oēs fontes) et c. Heb. (Decimo septimo die mensis rupti sunt et c.) Et videt̄ ista nostra corrupta per scriptores: quia libri nri correcti habent decimo septimo. Nec Hico. C. Itē. b. (Et cataracte celi aperte sunt.) Heb. (Et fenestre celi et c.) Est autē cataracta via subterranea per quam aqua fluit: et ad similitudines huiusmodi nubes dicunt̄ cataracte quādo fluunt ex eis pluuie magne. dicitur etiā fenestre: nā in talibus pluuiis sūt cōiter tonitrua per q̄ videt̄ celū apertus. p̄pter qd p̄ hoc quod dicit̄ in hebreo et fenest

.iii. 2

stre: insinuari videt̄ qd t̄c nō solum pluuia grādis s; etiā tonitrua et coruscationes fuerunt licet in textu non exprimat̄. Nec Hico. C. Itē. c. (Et uxores filiorum eius cū eis.) Heb. (Et tres uxores filiorum eius cū eis) et sic est in bi. no. an. C. Itē. c. (Et clausit eum dñs de foris.) Heb. (Et clausit dñs pro eo) .i. p̄ noe. Erat enim intra arcā et ideo nō poterat bituminare ostiū arce a parte exteriori: s; dñs suppleuit qd ipse nō poterat. Nec Hico. C. Itē. d. (Et deleuit deus omne substantiā.) Heb. (Et deleuit oēm substantiā) vñ li deus nō est in hebreo: nec in bi. no. anti. 8.

Addi.

Recordat̄ autē dñs noe) Heb. (Recordat̄ autē deus noe) Et sic infra eodē. c. ibi. (Locutus est autē dñs ad noe) Heb. (Locutus est autē deus ad noe.) et sic est in bi. no. anti. C. Itē. a. (Et imminute sunt aque.) Heb. (Et deuerunt aque). s. ad augmento. s; fuerit in tali statu p̄ aliq̄d tēpus vt videt̄: q; postea dē. Et ceperit minut post cētū quadraginta dies. Nec Hico. C. Itē. a. (Requieuit arca mēse septimo vicesimo septimo die mēsis sup montes armenie.) Heb. (Requieuit arca mēse septimo decimo septimo die mēsis sup mōtes ararat.) Et dicit̄ qd ararat nō significat armeniā: s; aliam terram sic dictā: mōtes tñ sunt intermedij p̄tēs ab vna terra vsq; ad aliam: propter quod possunt nominari ab vtraq;. Nec Hico. C. Itē. a. (Qui egrediebatur et non reuertebatur: donec sicarentur aque.) Secundum latinos per li donec nō est intelligendum qd reuersus fuerit postea: quia remansit ad cadas vera: sicut dicitur Matth. i. de ioseph et maria. Et non cognoscebat eā donec peperit et c. q; post partum eā nō cognouit. Heb. (Et egressus est exiens et reuertēs vsq; ad siccas

Addi.

Addi.